



Kern/3496 (1-9)

553

SPECIMEN INAUGURALE MEDICUM

DE

# ANGINA PECTORIS,

---

QUOD

CONSENSU FACULTATIS MEDICAE HALENSIS,

PRAEMISSA

SOLEMNI AD THESES QUASDAM

DISPUTATIONE,

UT

GRADUM DOCTORIS IN MEDICINA

LEGITIME OBTINEAT,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

FRIDR. CHRIST. GOTTHOLD HESSE,

SAXO,

---

HALAE,

EX OFFICINA RUFFIANA.

M D C C C.



ANATOMIA PECTORIS

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano

De pectore in genere et de pectore humano



Ii morbi, 'qui in articulis modo' urgent modo quiescunt, et longissimi sunt et maxime variam habent formam. Siquidem totum corpus aliter consuecunt atque aliter conficere, nervisque infesti esse et visceribus multiplici ratione. Utique, si infirmum iam diuturnitate aegritudinis corpus est, nervorum distentiones movent et inflammationes internorum viscerum, imo ut coalescant viscera, nonnunquam efficiunt.

Id autem commune hi morbi habent, ut per accessiones increfcant, per decessiones tantum moliantur, nec unquam corpus dimittant integrum. Est enim tota corporis compages adeo mutata et alienata, ut nunquam perfecte sanescere possit, nisi alia penitus fiat. Deinde mirum est, quam fallaci atque larvata saepius facie incedere soleant eiusmodi adfectus: unde et dubitatum est, cuinam generali morbo adscribendi sint. Quemadmodum enim dolor faciei, qui a Fothergillio nomen habet,

mox carcinomati occulto, iam electricitatis, nescio cui vitio, adscribebatur, ita etiam angina pectoris variis morbis generalibus perperam tributa est.

2.

Nusquam praeterea magis elucet ac clarius insignis influxus, quem ratiocinium rectum iustumque de interno statu corporis in curationum rationem habet, quam in hoc morbo. Longe enim different curationes, sive arthritidem statuas morbum generalem, sive alium adsumas statum internum, quo functiones laeduntur. Neque haec causam proximam tangunt, quippe quae ubique in morbis internis latet atque latebit; neque ut illam indagemus, nostra interest, quum nullo modo eam tollere nequeamus, nisi prius sublatis causis remotis.

3.

*Definitio.*

Jam vero, qualis sit is adfectus, quem vulgo eo nomine complectuntur, inquirendum est. Vocamus autem *anginam pectoris* asthma accessibus recurrens, quod vires omnes, dum hominem corripit, pessumdat ac dolore summo sub sternum inunctum est,

est, quodque in arthriticis hominibus plerumque occurrit.

## 4.

*Historia morbi.*

In historia morbi ipsius animadvertendum est, neque sanos vegetosque homines neque iuniores adficere solere, sed plerumque eos, qui iam aetate procefferunt. Legere enim memini fere nullam huius morbi historiam de homine quadraginta annis iuniori. Namque quam Hamiltonius refert, historia de homine, qui inde ab anno aetatis duodecimo hunc passus fuerit adfectum, haud satis confirmata esse videtur. 1) Plerique etiam solent vel articulorum morbo ipso laborasse, vel adfectibus iis, qui comitari arthritidem aut praegredi consuerunt. Hinc iamdiu pessime cibos concoquere, flatibus continuis torqueri ac ructibus, stomachi doloribus et angore, aliisque id genus symptomatibus, quae debilitatam ventriculi vim supponunt.

## 5.

Quum vero ipse adfectus homines corripit, primum fere eius symptomata repentinus consuescit

dolor

1) Medic. Comment. von Edinb. Th. IX, B. 2. S. 13.

*Dolor* esse, qui pectus ipsum medium, quo sternum protenditur, occupat, nonnunquam per thoracis latus sinistrum aut dextrum ad humeros usque vagatur atque vel in humero desinit vel in antibrachio. Nonnunquam tamen eum dolorem ad manum ipsam porrigi, Johnstoni observatio docet 2). Aliam etiam doloris viam quandoque esse, observatum est. Ex praecordiis ortum trahere, Macqueenius 3), ex abdomine Hamiltonius 4) observarunt, deinde vero pectus constrictisse, Fothergillus de dolore loquitur intolerabili, qui alterutram mammillam, interdum utramque occupet, atque tanta fit saevitiei, ut cum dilaceratione, quae cultris fit, fere comparari soleat 5).

6.

Ad hunc autem dolorem accedit fere<sup>r</sup> semper spiritus dira interceptio, tantaque anxietas, ut aegri, ne quovis momento intermoriantur, metuant. Heberdenius quidem 6) adserit, quandoque spiritus  
liberos

2) Abhandl. der medic. Gesellsch. in London, Th. I. S. 367.

3) Samml. für prakt. Aerzte, B. X. S. 146.

4) L. c.

5) Fothergill's samml. Werke, B. II. S. 236.

6) Arzneyk, Abhandl. Th. II, S. 45.



liberos ferri, adeo ut solo pectoris angore laborent aegri. Eam autem adfectionem haudquaquam adfensum mereri vel inde sequitur, quod ceteri fere auctores in eo omnes consentiant, spiritus penitus intercepti: neque etiam cogitari potest incredibilis pectoris angor absque ulla respirationis interceptione.

Is facivissimus adfectus, nimirum dolor lancinans, angor, spiritus interceptio, metusque suffocationis, maxime augetur, dum cubare vult aeger, levatur vero, ubi paululum erigitur.

7.

In ipso porro accessu deglutiendi facultas supprimitur, neque prius redit quam silente adfectu 7), Nonnunquam cordis quoque vehementissima palpitatio animique defectio accessum graviozem adhuc reddunt 8).

Pulsus mire varius esse solet, modo enim parvus tremulusque 9), modo naturalis fere 10), nonnunquam vero intermittens observatur 11).

lum

7) Hamilton, l. c.

8) Elsner von der Brustbräune, p. 5.

9) Hamilton l. c.

10) Macquean l. c. p. 147.

11) Fothergill l. c. p. 242.

lum sanguinis insigniter laesum esse, manifesto indet, quod venae circa collum et in fronte magnopere turgescant, ac facies satis rubra et inflata, imo livida appareat. Solet etiam frigus manus pedesque adeo corripere, ut haud calefieri possint.

Interea mentis suae esse aegri consuecunt: neque tamen desunt casus ubi sopore opprimuntur aut animi defectione, ubi sensus quoque externi alto stupore occupati sunt.

## 8.

Omnes testantur auctores, morbum per intervalla recurrere, ac praecipuis post cibum captum aegrum corripere, maxime vero dum ambulat aut currit, aut scalas adscendit <sup>12)</sup>. Tum subito dolorem illum sentit aut vertigine opprimitur, atque ita in morbum incidit, ut, quaecumque vicina fulcimen ipsi prabere videntur, aeger arripiat et amplectatur.

Qui initio fere omni septimana recurrebat, ubi magis adolevit, frequentius, imo quotidie, et diuturnius aegrum torquere solet morbus. Observatum est, tunc quemvis nisum ad deponendam alvum aut lotium mittendum, quamvis tussim, aut alium omnem

<sup>12)</sup> Fothergill l. c. p. 240. — Macqueen l. c. p. 146.

nem vel levissimum corporis motum affectui excitando parem esse.

Accessus, qui initio paucula horae seripula morari consuevit, ubi morbus inveteravit, horas plures imo dies persistere potest. Refert enim Bergerus, per horas triginta sex uno fere tenore aegrum hoc malo excruciatum esse 13). Cum ante etiam noctu plerumque liberi esse aegri solerent, iam mali diuturnitas somnum ipsum turbat, ut somnum capturi aegri repente expergiscantur atque erecto corpore spiritus aegerrime trahere cogantur.

9.

Cum accessus sese remittunt, ructus aut flatus prorumpere solent. Fit id autem maxime in adolescente morbo. Liberari aegros penitus accessu, simulac aëris copia eructata fuerit, Macqueenius observavit 14).

Post accessum tremor et infirmitas vel totius corporis vel pectoris et brachiorum supersunt, quae per horam dimidiam fere morari solent. Valetudo autem recursum accessuum frequentiori adeo plerumque

13) Samml. für prakt. Aerzte, B. X, S. 713.

14) L. c. p. 153.

que debilitatur, ut aegri misera vita saepius fruantur.

Nonnunquam transiisse is morbus in alios arthricos adfectus aut in sequelas diuturnae infirmitatis visus est. Plurimi enim aegri solent apoplecticis insultus pati, aut soporibus opprimi, quum eo morbo iamdiu vexati fuerant, eoque modo, vel tate hydropica emaciati decedunt.

## 10.

*Antiquitates morbi.*

Heberdenius omnium ore fertur primus huius morbi observator, quippe qui et nomen invenit et ipsam adfectum, nunquam antea visum, satis bene descripserit. De ea autem adsertione ita statuimus, ut nomen illud omnino ab Heberdenio inventum esse, rem ipsam vero multo antiquiorem esse contendamus. Equidem arbitror Helmontium forte primum fuisse, qui asthmatis singularis hanc speciem animadvertit, ac nomine *caduci pulmonum* distinxit. In commentariolo enim, qui inscribitur, *asthma et tussis*, docet, a duumviratu, id est, a ventriculo et splene, praeprimis pendere varios morbos, maxime epilepsiam et asthmaticos quosdam adfectus, senibus infestos, qui nomine etiam  
num

num careant. Initio enim hunc adfectum excitari maxime motu acclivi et celeri, quiete autem filere. Dolorem adjungi pectoris, quasi zona costae constringantur, pulsusque palpitare et interruptim incidere; nihilominus tamen pro lubitu inspirare longum anhelitum sine obstaculo, id est, pulmonem habere apertum liberumque, licet anhelosum 15).

Haec omnia satis significanter docent, ab Helmontio iam bene cognitum fuisse hunc morbum, atque indolem eius optime perspectam.

Inter alios prioris aevi observatores Musgravius omnino nominandus est, qui asthmatis indolem saepius arthriticam bene perspexit, descripsit etiam morbum in viro arthritico, satis similem anginae pectoris. Magna pectoris constrictio hunc adfectum annunciabat, lateris praecipue dextri sub mammilla: recurrere etiam post coenam lautiozem et in motu acclivi solebat 16).

Paucissima haec exempla observationum de hoc morbo institutarum luculenter demonstrant, ante Heberdenium optime notum fuisse, nec alio modo mernisse circa notitiam huius adfectus celebrari.

15) Helmontii opera, p. 373. f. (4. Amfeld. 1649.)

16) Musgrave de arthritide anomala, cap. 10. hist. 6. p. 87.

berrimum Anglum, nisi uberiore descriptione et novo eo nomine, de quo vero quid iudicandum sit, postea videbimus.

## II.

*Cadaverum sectiones.*

Heberdenius ipse, secto cadavere hominis, qui diro hoc morbo decesserat, observavit praecipue ossæ aortae indolem et intimam pleurae cum pulmonibus concretionem. Plura forte vitia expectaverat: namque haec fere innocua aut saltem haud adeo gravia putat, ut letalem inde exitum exponi posse credat <sup>16)</sup>.

Fothergillius in primo, quod dissecuit, cadavere valvulam alteram mitralem in ostio venae pulmonalis ossæ, deinde insignem liquoris pericardiaci copiam, invenit: in secundo vero adipe repletum mediastinum et pericardium, thoracem aquae colluvie laborantem, in utroque autem maculam vidit in cordis apice albam, cicatrici similem, qualis saepius conspicitur post morbos maxime differentes. In tertio denique cadavere cartilagine costarum omnium ossæ, cor ipsum ossis maculis obsessum,

16) Arzneyk. Abhandl. Th. III, S. 7.

obfessum, arteriae cordis coronariae, ipsaeque valvulae ostiorum venosorum et arteriosorum ossae appaebant, unde facile explicari potest, cur functiones vitales accessibus quibusdam suspensae fuerint 18).

Haygarthus longe diversa ab his reperit, nempe mediastini suppurationem, cuius etiam signa iam vivo aegro praecesserant 19). Simili modo fere Wallius, pulmones ipsos exulceratos vidit in aegro, qui cum hoc adfectu simul tussi purulenta aut ichorosa laboraverat: in eodem tamen aortae initium cum valvulis semilunaribus ossescens, pericardium adipe obfessum et cartilagineas costarum omnium osses animadvertit 20).

Hooperus sanguinis incredibilem effusionem in pericardium maxime expansum ac concretionem huius velamenti cum pulmonum sacco et diaphragmate, praeterea pulmonem sinistrum fere steatomatosum, cor autem sanum invenit 21).

Johnstonii singularis et memorabilis est observatio. Cor enim hominis, hoc morbo interempti adeo computruerat, ut quavis; vel levissima digiti  
pres-

18) Fothergill l. c. p. 239.

19) Arzneyk. Abhandl. Th. III. S. 35.

20) Ib. p. 15. 16.

21) Abhandlungen der medic. Gesellschaft, in London, Th. I.

S. 94.

pressionem perforari posset. Vacuum praeterea erat: valvulae vero, pulmones et vasa maiora nil vitii ostendebant 22).

## 12.

*Epicripsis.*

Haec fere sunt, quae cadaverum investigatio nos docuit. Eiusmodi autem sunt vitia, ut ad diversissimum statum internum concludere possis, nisi generalem potius assumeris adfectum, quo haec omnia produci possunt et alioquin saepius producuntur. Etenim ossa cordis, valvularum et magnorum vasorum indoles, pericardii adeps, echymomata sanguinis, lenta suppuratio, concretiones viscerum, ipsaque cordis consumptio id fere commune habent, quod a lenta inflammatione, qualem articulorum morbus in visceribus non raro excitat, oriuntur.

Ossa quoque indoles et cordis et arteriarum eodem modo explicari potest ac tubercula ossa, quae in articulis arthritico adfectu oriuntur, quae saepius in vesica urinaria coacervata calculum urinarium producent.

Maculae albae, cicatricum similes, in superficie cordis, ita frequentes esse solent, ut morbis a-

enferi

22) Ib. p. 162.



censeri fere non possint. Ita saltem iudicat Baillieus, cumque eo Sömmerringius.

13.

Pro indole huius adfectus arthritica militat etiam consensus omnium fere auctorum, quod nimirum arthritide vel vera vel anomala iam laboraverint, qui hoc adfectu corripuntur. Hamiltonius, Macqueenius, Bergerus, Johnstonius, Hooperus in eo penitus congruunt, aegrotos, quorum historiam observaverint, antea diutius laborasse articulorum morbo.

Huc quoque trahi potest Smythii observatio 23) de pectoris angina cum haemorrhoidibus alternante, ut, cum hae fluerent, adfectus fileret, recurreret autem priore atrocita, simulac haemorrhoidum fluxus supprimeretur. Cuius enim notum est, quanta intercedat germanitas haemorrhoidarios morbos et arthritidem, et quam saepius alter in alterum morbum transeat.

14.

Ex his vero efficiendum esse arbitror, ab arthritide hunc adfectum eodem modo produci, quo ipastici

23) Medic. Comment, von Edinb. B. V. S. 106.



passifici et inflammatorii alii morbi. Hinc nomen ineptum est, quod ab Heberdenio fictum huic morbo adjudicatur, quasi angina adsit. Multo magis idonea esset appellatio asthmatis arthritici, quippe quod et morbum et passionem exprimeret.

15.

*Diagnosıs.*

Gravissima certe et dignissima pars huius commentarioli est diagnosıs, sive ars ad fines morbos a se invicem notis constantibus distinguendi; quae quidem in latentibus adeo adfectibus ardua sane est et multis implicita difficultatibus. Namque cordis potissimum varia vitia, velut aneurysmata, polypi, ulcerationes, concretiones, colluvies ipsa serosa in pericardio plurimum habent similitudinis cum hoc adfectu, neque semper certo statuendum est, quoniam horum morborum aeger laboret. Hinc curatissime inquirendum erit in cuiusvis morbi signa diagnostica, constantia ea et manifesta, aut saltem facile eruenda, ut auxilium ferre in tam diris gravibusque adfectibus possimus.



## 16.

Et primum quidem ad aneurysmata cordis magnaëque arteriæ consilium transferamus, non raram passionem et letalem plerumque, quæ id habet commune cum angina pectoris, quod dolore pectoris atrocissimo fere semper iuncta sit, quod anxietatem et respirationis difficultatem plerumque adferat, quod per intervalla recurrat, quod denique nonnunquam animi defectione stipata sit.

Neque tamen eo minus singularia adsunt introvis adfectu, quæ omnino diagnosi inservire possunt. Maxime vero eminent inter signa aneurysmatum cordis, palpitatio cordis gravissima et molestissima, quæ eiusmodi esse solet, ut manus contractans in systoles motu quamdam inaequalitatem sentiat, quæ tremore terminatur singulari. In ipsis quoque his molestissimis adfectibus pulsatorius capitis dolor adest, qui plerumque cum mallei ictibus conferri potest 24). Haec quidem symptomata penitus desciunt in accessibus anginae pectoris, quippe qui solis angoribus iuncti sunt. Deinde malunt aegri, dum ingravescit morbus, aneurysma sequens, dextro incumbere lateri,

24) Ferriar's Bemerk. Th. I. S. 76. Th. II. S. 144.



teri, quam supini iacere: nequeunt autem erecto corpore aut parum antrorsum flexo melius spirare, quod in angina pectoris animadvertitur (§. 6.).

In utroque adfectu, et aneurysmatibus et angina pectoris, venae turgere, arteriae vehementer pulsare solent. In aneurysmatibus tamen simul praeternaturalis venarum iugularium pulsus adesse consuevit, qui in accessibus ipsis metum mortis inicit: deest is omnino in pectoris angina.

Denique peculiare adest symptoma aneurysmatum inflatio aquosa membrorum, quam fugacem esse et in adfectibus modo oriri modo evanescere observatum est 25). Ea vero oedemata nunquam adfuisse in angina pectoris certum est.

Pulsus autem in utroque morbo varii sunt, mox debiles, tremuli, iam fortes, duri celeresque, nunc naturales omnino.

## 17.

Alter morbus, cum quo commutari angina pectoris potest, est polypus cordis magnorumque vasorum cordi adhaerentium, quem, tanquam morbum verum mortisque causam cum Sprengelio

25) Ferriar Th. II. S. 144.

lio 26) et Wichmanno 27), statuendum esse arbitror.

Concrementa quidem polyposa, vasorum parietibus non adhaerentia, sed libere fluctuantia, adeo vulgaria sunt, ut in cadavere cuiusvis fere hominis, qui diuturno morbo intermortuus fuit, reperiantur. Eiusmodi autem polypos nequaquam morbos ullos producere, Pastae fuit opinio, qui agonis aut mortis ipsius fere semper esse sequelas putavit. At vero adhaerentes polypos aortae aut venis maioribus adeo firmiter saepius invenimus, ut nequaquam separari possint, utque facile quis efficere possit, vivo iam aegro hos polypos adhaesere, variaque excitasse symptomata.

18.

Veri ii polypi, simulac sanitati vitaeque infesti sunt, palpitationem cordis gravissimam producant, quae maxime augetur quovis leviori motu, decubitu in latere sinistro, supinaque flexione, quaeque interdum eousque increfcit, ut spiritus fere penitus suffocentur, pulsus quoque fiant ir-

B 2

regu-

26) Handb. der Patholog., Th. I. §. 295 — 297.

27) Ideen zur Diagnostik, Th. II. S. 163.



regulares, intermittentes et tremuli. Nonnunquam anxietas cum dolore pectoris intolerabili iungitur; qui satis similis est dolori, quem angina pectoris adfert; maxime cum per intervalla ii angores recurrere consuecant.

Quamvis ea adsit adfinitas utriusque morbi, polypi puta et anginae pectoris, Wichmannus tamen egregie docuit diagnosin, quae, si totum morbi decursum attentissime consideraveris, omnino institui potest:

- a. Etenim palpitationes cordis violentissimae, essentialia in polypo cordis, vel deficiunt in angina pectoris, vel leviores sunt.
- b. Accessus symptomatum, quae polypus adfert, et noctu solent ingravescere, angina pectoris vero tantummodo interdum aegrum corripit, maximeque, si corpus motibus exercetur.
- c. Dolores in angina pectoris propagantur in humerum et brachium utrumque, in polypo vero cordis vero solum pectus occupant.
- d. Pulsus in angina pectoris sunt naturales extra accessum, summe varii vero in polypis cordis, ut tremulis motibus fere semper continentur.
- e. Multo

e. Multo longior est morbus, qui angina pectoris dicitur, affectus vero, qui a polypis oriuntur, intra breve tempus in mortem transire solent.

f. Accedunt ad affectus, qui a polypis producuntur, plerumque oedemata pedum et manuum, si ad extrema ventum est. Eae autem inflationes, deficiunt plane in angina pectoris.

g. His denique medicamentorum actio est accensenda: In angina pectoris iuvant antimonia, expeditissima auxilia saepius praestant foniculi: sed in polypis cordis nil nisi venae sectio commodi aliquid exhibet.

## 19.

Tertius morbus, cui similis esse angina pectoris videtur, *hydrops pericardii* est. Namque et hic anxietatem singularem sub sterno, suffocationis metum aliaque id genus symptomata observamus, quae ad finia anginae pectorali videntur. Attamen faciliori modo ita discernuntur:

a. Angina pectoris circuitus format: *hydrops* vero pericardii nunquam per intervalla recurrit, sed continuo increfcit.

b. In

b. In angina pectoris violentae haudquaquam adsunt palpitationes cordis, quae utique tantum non semper hydropem pericardii comitantur.

c. Qui angina pectoris corripiuntur, ante plerumque articulorum morbum passi sunt; pectoris hydrops vero vel inflammationem sequitur vel alios diuturnos morbos, qui vasorum absorbentium infirmitatem attrahunt.

20.

*Morbi curatio.*

Curationes variae necessario fuerunt in hoc morbo, quum vario modo auctores de causa eiusdem et de statu interno senserint. Primum autem eas recensendas esse arbitror, quas auctores adhibuere, deinde consilia commodissima adiuncturus.

Doloris atrocissimi symptomate plures medici irretiti fuerunt, ut anodyna adhiberent; haec autem nil iuvare, imo incommoda esse, Haygarthi observatio docuit. Idem ipse de vesicatoriis animadvertit, haudquaquam aliquid prodesse. Insigniter



figniter vero mitigatam vidit doloris saevitiam tum sanguinis missione, tum salibus neutris, maxime nitro cum camfora. Tantum tamen abfuit, ut totus morbus fugaretur, ut potius post aliquod tempus nova atrocia recurreret <sup>28</sup>).

Nescio vero, an Haygarthi consilium, perforandum esse sternum in adfectibus hisce, applausum nostrum mereatur. Etenim singularis omnino fuit rarissimusque casus, quem cum mediastini inflammatione et suppuratione iunctum observavit, cui quoque, si in colluviem purulentam transierit, curando parem haudquaquam puto sterna terebrationem, quippe quae symptomata inflammatoria adhuc magis adaugebit.

21.

Percivallius, qui in homine luxu infirmato, nequaquam vero arthritico, pectoris anginam observavit, idem confirmat, quod Haygarthus de incommodis anodynorum remediorum docuit. Nihil tantopere iuvasse in ipsis accessibus contendit, quam sanguinis missionem et vo-

28) Arzneyk, Abhandl. Th. III. S. 36.



mitoria 29). Id quidem haud sine ratione. Namque sanguinis missio levat congestiones periculosas sanguinis versus partes nobiles: vomitoria vero excitant vires et solvunt stagnationes in visceribus abdominalibus, nequaquam autem totum morbum penitus curare alterutrum remedium potest.

22.

Smythius novam plane viam ingressus est. Cum enim in variis arthriticis adfectibus et alterantia et derivantia emolumentum adferre soleant, profutura eadem etiam in hoc morbo autumavit. Praescripsit mixturam ex aqua calcis cum pauillo aquae iuniperi spirituosae largioreque copia vini antimomialis Huxhami. Victum deinde ordinavit simplicem, levem parumque diaphoreticum, prohibitis iis cibis, qui flatu excitare et acrimoniam humorum augere possunt. Quo facto melius sese habere ilico aeger incipit. Mox vero neglecta hac victus ratione recrudescere morbus. Interea medicus cauterium ingens utrique femori inussit. Hoc tandem remedio cum internis illis  
et

29) Medic. Comment. von Edinb. Th. III. S. 192.



et victus ratione iuncto et per menses plures continuato sanescere coepit aeger 30).

Ipse quoque Macbridius magnoperè urget hanc curationem, quippe quae morbo aptissima esse videatur, si a victus ratione non discesseris.

23.

Hamiltonius in paroxysmis ipsis sanguinem misit, opiumque propinavit, cum levamine, licet morbus ipse haudquaquam sublatus fuerit 31).

Wichmannus Smythii consilia sequens, Thedenii tinctura antimoniali et fonticulis per aliquot menses fluentibus duos aegros servavit, penitusque demum restituit 32).

Macqueenius vehementem accessum haustu ex tinctura foetida volatili pharmacopoeae Londinensis et elixirio paregorico, tum vero emplastro stomachico et pediluvio salino subito fugavit 33).

Fother-

30) Macbride *introduc. méthod. à la théorie et à la pratique de la médec.* vol. II. p. 439.

31) *Medic. Comment.* von Edinb. B. IX. Th. II. S. 13.

32) *Ideen zur Diagnost.* Th. II. S. 149. 150.

33) *Samml. für prakt. Aerzte*, B. X. S. 148.

Fothergillius pilulis e sapone veneto, massa pilularum gummosarum et cinnabari paratis, martialibus et aquis Bathoniensibus aegrum restituit 34).

Bergerus gummi quaiaci in aqua hyssopi cum gummi arabico soluto ter fere feliciter aegros salvavit 35).

## 34.

Post tantam remediorum et consiliorum varietatem si meum consilium adiungere licet, in ipso primum accessu symptomata levare necessarium credo. Ea symptomata eiusmodi fere sunt, ut vel spasmos partium nobilium validissimos vel sanguinis noxiam congestionem indicant.

Quodsi itaque spastica magis apparuerint symptomata periculosa, asam foetidam, moschum aut flores zinci exhibendos esse arbitror: quippe quae remedia in asthmatis quovis fere genere commodissima esse consuescunt. Ad opium refugiendum esse non puto, quippe quod congestiones sanguinis nimis augere solet, ac saepius nequaquam sufficit, ut spasmi tollantur.

Expe-

34) Samml. Werke, B. II. S. 241.

35) Samml. für prakt. Aerzte, B. X. S. 517.

Experientia insuper docuit, friciones pannis laneis institutas summe proficuas nonnunquam esse, si in ipso pectore fiant.

## 35.

Ut congestiones sanguinis tollantur, ad sanguinis missionem utique refugiendum est. Praecipue vero in iis casibus instituenda est, cum periculosa urgent symptomata congestionum, cumque aeger sanguinis abundantia iamdiu laboravit, corpusque eius robustum est et vegetum. Tunc etiam temperantia propinanda sunt, nitrum cum camfora aut sales neutri. Saepius enim observatum est, accessus multo vehementiores esse, si alvus obstipata ante fuerit, quam si libera servatur: quod cum praesent sales neutri, in usum omnino vocari possunt.

## 36.

His tamen remediis nequaquam insistendum est, tanquam principibus, sed moliendum, ut perfecte sanescat aeger, quod fieri omnino potest, si victus ratio mutatur, eaque adhibentur remedia, quae continuo derivare de pectore morbum valent.

Victus

Victus autem ita instituat, ut nulli accumulentur flatus, neque obstipatio alvi oriatur, ut simul tonus viscerum abdominalium restituatur. Hinc exercendum est corpus motibus continuis, equitatione, venatione, vectione, navigatione, si fieri potest. Vini venerisque nimius usus prohibendus est.

Expeditissime vero iuvant fongiculi aut alia cauteria brachiis vel cruribus inusta, quae aperta servanda sunt, adhibitis internis antimonialibus, vel sinctura Thedenii, vel sulphure aurato antimonii quod eximium certe usum ad tollendum morbum habet.



---

**T H E S E S,**

**D. XXVIII. SEPT. MDCCCIC. DEFENSÆ.**

---

**I.**

Cafus illi, ubi miasma venereum per XX annos  
et ultra in corpore latuisse visum est, valde du-  
bii mihi videntur.

**II.**

Potus frequens inter prandium, ad concoctionem  
ciborum non iuvat, sed adeo nocet.

**III.**

Febris puerperalis natura inflammatoriâ est.

**IV.**

Opio in morbis venereis quibusdam carere non  
possumus.

**V.**

V.

Insitio variolarum infectioni naturali praefenda  
est.

VI.

Resorptio unice vasis lymphaticis peragitur.

VII.

Nutritionem foetus per os nego.



Inhaltsverzeichnis

III

Verzeichnis der Drucke

VII

Verzeichnis der Handschriften



gentis iam non possunt. In istis indicat Baro  
sua, cumque de Sommeringia

Pro indolis huius adiectis adhibet  
quam collectis omnium esse auctoritate  
tam arbitria vel vera vel animalia non  
qui hoc adiectum correspondit. In  
Alcedonibus, huiusmodi  
Floppius in eo quod  
quorum huiusmodi oblectamentis  
salle stituerunt modo

Hoc quod vult posse  
no 11) de pectoris angina cum huiusmodi  
tenone, ut cum hac huiusmodi adiectis  
revertitur autem priore auctoris, huiusmodi  
hordum huiusmodi huiusmodi  
et quanta intercedat generis huiusmodi  
modos et arbitrium, et quam sapienter  
cum huiusmodi tenent

Ex his vero elucet  
huiusmodi huiusmodi huiusmodi

— 11) M.D. Communis von ...



1018  
PICA





IV.

Resolutio bubonum semper fere suppurationi  
est praefenda.

V.

SPECIMEN INAUGURALE MEDICUM

DE

# ANGINA PECTORIS,

QVOD

CONSENSU FACULTATIS MEDICAE HALENSIS,

PRÆMISSA

SOLEMNI AD THESES QUASDAM  
DISPUTATIONE,

UT

GRADUM DOCTORIS IN MEDICINA

LEGITIME OBTINEAT,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

FRIDR. CHRIST. GOTTHOLD HESSE,

SAXO,

HALAE,

EX OFFICINA RUFFIANA.

M D C C C.

